



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1925**

IX. S. Nymphae Passio Prior

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A dum eum sanaret et suum sequi praeceptum faceret. Hic <sup>5</sup>, disruptis catenarum compedibus, venit ad beatissimum Triphonem, et cruciatus ab hominibus minabatur <sup>4</sup>. Sanctus vero extendens manum tenuit hominem et dixit ei: «Tibi dico, immunde spiritus, in nomine domini nostri Iesu Christi, contremisce <sup>5</sup> et exi ab homine, fugiens per deserta loca, haereditatem tenens perhennis <sup>6</sup> flammae.» Statim <sup>7</sup> exiit ab eo cum stridore comminationis et sanae mentis effectus secutus est eum.

Lucium  
convertit ad  
Christum.

10. Lucium itaque praeses, paganus cum esset, audiens haec fieri a sancto Triphone <sup>1</sup>, iussit tribus militibus ut ei praesentaretur. Scivit autem beatus praesidis voluntatem et exiit obvius dixitque eis <sup>2</sup>: «Ob quam causam venistis ad me?» Qui dixerunt: «Domine <sup>3</sup>, praeses misit nos ut videat te <sup>4</sup>.» At ille respondit: «Cognovi et ego a Deo meo. Tamen euntes dicite ei: Prae <sup>5</sup> foribus Dei servus stat <sup>6</sup>.» Et egressus praeses dixit: «Bene venisti, vir Dei.» Sanctus Triphon respondit: «Dominus illuminet sensus animae tuae ad videndum <sup>7</sup> mirabilia deitatis suae.»

B

<sup>3</sup> his P. — <sup>4</sup> mirabatur P. — <sup>5</sup> contremesce T. — <sup>6</sup> perhenne T. — <sup>7</sup> statimque P.

10. — <sup>1</sup> corr., prius Triphonem P. — <sup>2</sup> ei T. — <sup>3</sup> om. P. — <sup>4</sup> (videat te) te ad eum perducemus P. — <sup>5</sup> pro P. — <sup>6</sup> adest P. — <sup>7</sup> videndam P. — <sup>8</sup> habitus P. — <sup>9</sup> gratiam T, P. — <sup>10</sup> corr., prius ipsam T. — <sup>11</sup> videre add. T. — <sup>12</sup> (ad haec etiam - permansit) ait autem sanctus: Possidet me Christus ut faciam coram hominibus manifestam deitatis eius virtutem. Deus enim cooperator perfruens sapientis cultores, cui te credere oportet, praeses, ut relicta superstitione

Dixitque praeses: «Dic, homo Dei, infantis habitu <sup>8</sup> indutus sed seniorum prudentia decoratus, unde hoc munus possides?» Ad haec etiam famulus Domini: «Gratia <sup>9</sup>,» inquit, «aeterni regis, qui tibi contulit nos videre, ipsa <sup>10</sup> cordis tui <sup>11</sup> oculos illuminare dignetur, ut ad viam veritatis, quae est Christus, pervenias, quatenus caelestia gaudia sine fine possideas.» Cui praeses: «Credo enim in Domini potentiam, quem quidem ideo te permisit ad me pervenire, ut tuis sanctis monitis lucretur animam meam. Tantum, quaeso, ora pro me ad Dominum, ut per te ad eius fidem pervenire merear.» Tunc expandens manus suas beatus Triphon ad Dominum et dixit: «Plasmator animarum et corporum Deus, qui ideo humanam naturam condere voluisti, ut caelorum ruina exinde restaures, connumera hunc praesidem in sorte haereditatis tuae, ut in nomine dilecti filii tui mereatur tibi sanctis operibus complacere.» Quid plura? Cr didit in dominum Iesum Christum praeses, cum tota domo sua, et in sancta confessione permansit <sup>12</sup>.

PASSIO  
SS. TRY-  
PHONIS ET  
RESPICI

E

idolorum acquirere possis regnum caelorum. Et respiciens infantem dixit: Credo Deum per te mirabilia operantem: daemones de obsessis corporibus fugans, tenebras cogitationum illuminans, varias infirmitates sanans et errantes ad viam veritatis et salutis revocans. Comple ergo, domine mi, comple manifestum nomen tuum, glorificari impleam servo tuo ut magnificet tuam bonitatem. Illico credidit praeses Deo et omnis domus eius P. *Reliqua pars operis Theodoriciani requirenda est supra, p. 359 et sequentibus.*

## IX. S. NYMPHAE PASSIO PRIOR

E codicibus bibl. Vaticanae lat. 1192 (= T) et lat. 6076 (= V 1). Cf. *Comm. praev. num. 13, 27.*

<Passio> S. Nymphae virginis.

C 1. Cum per universam provinciam verberarent <sup>1</sup> carnifices sanctos, in illis diebus plebs Dei conturbata est a regibus impiissimis. Dehinc interiecto tempore piissimus Constantinus accepit imperium Romanorum, qui primus princeps <sup>2</sup> christianus fuit, et <sup>3</sup> exinde tranquillam fecit plebem <sup>4</sup> christianorum, et omnia templa et ydola <sup>5</sup> comminui iussit, et sub suo dominio ariana <sup>6</sup> et sabelliana haeresis damnata est. Igitur praecepto eius ex omni terra milites et carnifices Romam sunt regressi, et pacem <sup>7</sup> cum christianis habuerunt. Et mox <sup>8</sup> per omnem Galliam, Asiam <sup>9</sup>, Africam, Indiamque per <sup>10</sup> circuitum usque in Hierusolyamam fama ista <sup>11</sup> crevit. Eodem tempore dum fama haec coepit

Aurelianus praeses  
pater  
S. Nymphae.

crecere, Aurelianus praefectus Panormio <sup>12</sup> persecutionem christianis inferebat. In qua civitate erat episcopus Mamilianus nomine (1), vir christianissimus, ex nobili genere natus, qui occulte praedicabat populo <sup>13</sup>, et dum melliflua eius audiebant verba, libentius convertebantur. Quadam vero die discipuli beati Mamiliani <sup>14</sup> perrexerunt ad quoddam palatium Aureliani praefecti, ut aliquam persecutionem intelligerent, et dum pene palatio propinquarent, speciosissima virgo filia Aureliani, nomine Nimpha, videns eos cognovit quod essent christiani <sup>15</sup>, obviavit eis cum magna festinatione et introduxit eos occulte in palatium <sup>16</sup> et in suis cubiculis <sup>17</sup> cum omni diligentia eos abscondit <sup>18</sup>. Tenebat autem in sui pectoris armariolo <sup>19</sup> absconditum <sup>20</sup> quod ab aliis christianis audierat de Christo,

S. Mamiliani  
discipuli

1. — <sup>1</sup> verberabant T. — <sup>2</sup> principium V 1. — <sup>3</sup> om. V 1. — <sup>4</sup> tranquillitas fecit plebes V 1. — <sup>5</sup> idolorum V 1. — <sup>6</sup> ariana V 1. — <sup>7</sup> (milites - pacem) militiam revocabat et carnifices Romae regressi elicomata V 1. — <sup>8</sup> (et mox) unde per V 1. — <sup>9</sup> metropolim V 1. — <sup>10</sup> Aphricam Indiaeque

V 1. — <sup>11</sup> om. V 1. — <sup>12</sup> Palarmo V 1. — <sup>13</sup> populum T. — <sup>14</sup> Mammiliani hic T. — <sup>15</sup> que add. V 1. — <sup>16</sup> palatio V 1. — <sup>17</sup> suo cubiculo V 1. — <sup>18</sup> (e. a.) reseravit V 1. — <sup>19</sup> om. V 1. — <sup>20</sup> abscondito V 1.

(1) De S. Mamiliano, lege *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 45-54; F. LANZONI, *Le origini delle diocesi an-*

*tiche d'Italia* (Roma, 1923), p. 635-39.

quo

S. NYMPHAE  
PASSIO I

excipiuntur a S. Nympha

Ioh. 11, 37.

quae a S. Mamiliano

Matth. 3, 9.

B

C

quo modo ad cenam cum discipulis sederit, et surgens dum comedisset, illorum lavit pedes tersitque linteaminibus, et occulte indicavit ancillae<sup>21</sup> suae, ut cum omni festinatione adduceret aquam et pelvem et linteamina pariter. **2.** Mox ut factum est, tunc virgo cecidit ad pedes sanctorum quos incluserat<sup>1</sup>, et cum lacrimis dixit: « Precor vos, famuli<sup>2</sup> Christi, me indignam permittite<sup>3</sup> vestros pedes lavare. » Ad haec sancti cum lacrimis dixerunt: « Dominus Iesus Christus, qui aperuit oculos caeci nati, dignetur oculos tui cordis aperire, ut valeas ea percipere, per quae salvatur anima<sup>4</sup> a peccatis. » Haec autem<sup>5</sup> virgo Nympha audiens<sup>6</sup>, citius lavit pedes eorum, et tersit linteaminibus, et attulit cibum, editque<sup>7</sup> cum eis. Post completum autem cibum ponens virgo genua sua in terram<sup>8</sup> cum lacrimis ait: « O viri sancti, docete nos viam veritatis, ut per vestram doctrinam valeamus cognoscere<sup>9</sup> dominum Iesum Christum, et magistrum vestrum Mamilianum<sup>10</sup>. » Tunc illi: « Si crederis in Christum Iesum<sup>11</sup>, nos indicamus<sup>12</sup> tibi per quem poteris Christum cognoscere. » Beata Nympha respondit: « Libentissime credo; sed peto ut cito me baptizetis. » Aiunt illi: « Dimitte nos prius ire ad Mamilianum episcopum, ut ei de tua salute nuntiemus. » Beata Nympha respondit: « Precor vos, ut saltem unus ex vobis hic remaneat. » Qui dixerunt: « Elige unum<sup>13</sup> ex nobis, ut et alius cum festinatione nuntiare haec vadat<sup>14</sup> episcopo. » Virgo<sup>15</sup> respondit: « Ita diligo unum ut alium; peto ut desiderium meum citius adimpleatis. » Tunc unus<sup>16</sup> ex iis, Goboldeus<sup>17</sup> nomine, perrexit ad episcopum, et omnem<sup>18</sup> rei<sup>19</sup> eventum ei indicavit. Beatus vero Mamilianus haec audiens dixit: « Domine Iesu Christe, qui de lapidibus<sup>20</sup> excitasti semen Abrahae, aperire digneris cor<sup>21</sup> atque mentem huius virginis usquedum prope-rabo ad eam. » Et sine mora ad palatium ubi virgo manebat appropinquans<sup>22</sup>, iam tardus post occasum solis incipiente nocte quasi furtive in palatium<sup>23</sup> ingressus, ubi erat virgo cum multis vernaculis, eam invenit<sup>24</sup>. Ad haec dum respiraret virgo, cecidit ad pedes eius, et supplicii<sup>25</sup> voce dicebat: « Bene venias, medice animarum et corporum. Ego semper desideravi faciem tuam videre. » Sanctus Mamilianus respondit: « Ego desiderium tuum in te competenter aspicio<sup>26</sup>; si vis, crede<sup>27</sup> in dominum Iesum Christum<sup>28</sup>. » Beatissima Nympha respondit: « Rogo te, pater,

ut me et omnes vernaculos, qui mecum sunt, D facias<sup>29</sup> participes aeternae vitae. »

**3.** Tunc beatus<sup>1</sup> episcopus catechizavit<sup>2</sup> eos cum beata<sup>3</sup> Nympha<sup>4</sup>, et accepta aqua benedixit et baptizavit eos cum beata Nympha, viros cum puellis<sup>5</sup> numero trecentos. Cumque in Dei laudibus persisteret<sup>6</sup>, non multum<sup>7</sup> post eorum baptismum angelus Domini in eodem beatissimo apparuit, et coronam super caput beatissimae Nymphae posuit. Hoc autem<sup>8</sup> omnes qui in cubiculo erant cum vidissent, quasi ex uno ore dixerunt: « Gloria tibi Christe, gloria tibi rex immense; te laudamus, te benedicimus, qui dignatus es per beatissimum<sup>9</sup> Mamilianum<sup>10</sup> nobis ostendere angelum tuum sanctum etiam nostri amatorem effectum. » Et coeperunt dicere ad episcopum<sup>11</sup>: « Deprecamur te, episcopo Dei<sup>12</sup>, per dominum Iesum<sup>13</sup>, ut patefacias nobis<sup>14</sup> qualem gloriam in regno caelesti consecuti sunt sancti. » Beatus vero Mamilianus<sup>15</sup> episcopus dixit: « Utique videntur habere palatium sancti, ubi unicus regis aeterni filius est dominus<sup>16</sup> Iesus Christus, ex omni latere<sup>17</sup> pretiosus lapidibus constructum visibiliter a foris decoratum et invisibiliter<sup>18</sup> intus magis pretiosum<sup>19</sup>; fundamenta autem videtur<sup>20</sup> habere ex onichino<sup>21</sup>, et per circuitum palatii ex omni latere adamantino<sup>22</sup> decoratur<sup>23</sup>. Carbunculus topazius<sup>24</sup> ianuam<sup>25</sup> palatii cooperiunt; quicumque merentur introduci ante ianuam palatii, audiunt cantica dulcissima cum musico carmine. Ibi luminaria plus quam solis refulgent, ibi omnes flores gignuntur cum odoribus multis, unde ventorum flati<sup>26</sup> odores usque ad nares sanctorum concurrunt<sup>27</sup>. Ibi martyres coronati et purpura induti; ibi virgines in thalamo<sup>28</sup> armillas<sup>29</sup> et fibulas habent<sup>30</sup> ex auro ex omni latere pendentes<sup>31</sup>, virginitates<sup>32</sup> illarum fulgent<sup>33</sup> ut sol ante Dominum<sup>34</sup>. Ibi Cherubim promentes<sup>35</sup> cantica in voce tonanti<sup>36</sup> ante regem aeternum<sup>37</sup>. » Haec et his similia dicente episcopo, beata Nympha cum lacrimis ait: « O immensa Dei pietas, o immensa clementia! Eum qui<sup>38</sup> de pulvere et cinere nascitur homo<sup>39</sup> ad tantam gloriam<sup>40</sup> perducis! Heu! me circumvallate dolores<sup>41</sup> ex omni parte. Cui servivi, cui credidi? Cur<sup>42</sup> ab infantia mea non<sup>43</sup> agnovi regem caelestem<sup>44</sup> dominum Iesum Christum, sub cuius iure omnis creatura commoratur visibilium et invisibilium<sup>45</sup>? » At<sup>46</sup> episcopus dixit: « Noli metuere filia<sup>47</sup>, quia quicquid<sup>48</sup> contagii<sup>49</sup> in praeterito commisisti, in regeneratione aquae

baptizatur cum aliis trecentis.

Episcopus de gloria caelesti disputat;

F

<sup>21</sup> Abrae V 1.

**2.** — <sup>1</sup> incluserat V 1. — <sup>2</sup> famulos V 1. — <sup>3</sup> ut me i. permittatis V 1. — <sup>4</sup> salvantur animae V 1. — <sup>5</sup> (h. a.) dum hec V 1. — <sup>6</sup> audisset V 1. — <sup>7</sup> edidit V 1. — <sup>8</sup> terra V 1. — <sup>9</sup> valeam percipere V 1. — <sup>10</sup> Mamilianum T. — <sup>11</sup> in Christo V 1. — <sup>12</sup> indicabimus V 1. — <sup>13</sup> unum corr., prius unus T. — <sup>14</sup> hec nuntiet V 1. — <sup>15</sup> domini add. V 1. — <sup>16</sup> (t. u.) unus autem V 1. — <sup>17</sup> Goboldus V 1. — <sup>18</sup> omnes T. — <sup>19</sup> dei V 1. — <sup>20</sup> lapide V 1. — <sup>21</sup> corr., prius corde T. — <sup>22</sup> V 1, om. T. — <sup>23</sup> palatio V 1. — <sup>24</sup> (e. l.) per- venit V 1. — <sup>25</sup> (e. s.) cum obnixa V 1. — <sup>26</sup> efficio V 1. — <sup>27</sup> credere V 1. — <sup>28</sup> domino Iesu Christo V 1. — <sup>29</sup> esse add. V 1.

**3.** — <sup>1</sup> Mamilianus add. V 1. — <sup>2</sup> catechizavit V 1, T. — <sup>3</sup> corr. T. — <sup>4</sup> (e. b. N.) om. V 1. — <sup>5</sup> atque puellas V 1. — <sup>6</sup> persistentes essent V 1. — <sup>7</sup> multo V 1. — <sup>8</sup> (p. h. a.) tunc omnes V 1. — <sup>9</sup> V 1, baptismum T. — <sup>10</sup> Mamilianum hic T.

— <sup>11</sup> (et - episcopum) V 1, om. T. — <sup>12</sup> (ep. D.) om. V 1. — <sup>13</sup> Christum add. V 1. — <sup>14</sup> pate nobis facias V 1. — <sup>15</sup> (v. M.) om. V 1. — <sup>16</sup> dominus est V 1. — <sup>17</sup> et add. V 1. — <sup>18</sup> (visibiliter - invisibiliter) V 1, visibilibus T. — <sup>19</sup> praecelsum ibi V 1. — <sup>20</sup> videntur T. — <sup>21</sup> dionichilo V 1. — <sup>22</sup> amantino T; adamantini lapides V 1. — <sup>23</sup> re- serantur V 1. — <sup>24</sup> topazius T. — <sup>25</sup> ianuam V 1. — <sup>26</sup> (unde - flati) dum flagitatu ad venti flatum V 1. — <sup>27</sup> concurrunt T. — <sup>28</sup> epulantes add. V 1. — <sup>29</sup> armimillas T. — <sup>30</sup> ex ita V 1. — <sup>31</sup> V 1, pruden- tes T; habent add. V 1. — <sup>32</sup> virginitas V 1. — <sup>33</sup> fulget V 1. — <sup>34</sup> Deum V 1. — <sup>35</sup> promunt V 1. — <sup>36</sup> tonantis V 1. — <sup>37</sup> faciem regis aeterni V 1. — <sup>38</sup> (eum qui) cui nemo audeat dicere cur ita facis V 1. — <sup>39</sup> et add. V 1. — <sup>40</sup> eum add. V 1. — <sup>41</sup> me circumvallat me dolor V 1. — <sup>42</sup> non add. V 1. — <sup>43</sup> om. V 1. — <sup>44</sup> caelestem regem V 1. — <sup>45</sup> com- moratur visibilis et invisibilis V 1. — <sup>46</sup> ad haec V 1. — <sup>47</sup> om. V 1. — <sup>48</sup> quod V 1. — <sup>49</sup> om. V 1.

lavatur

A lavatur <sup>50</sup>. » Tunc <sup>51</sup> qui ibi aderant pagani per totam noctem audientes <sup>52</sup> eum <sup>53</sup> tam dulcisona verba loqui de Christo, rogare coeperunt sanctum episcopum, una cum beata Nimpha, ut baptismum perciperent; et baptizati sunt in eadem noctis hora homines numero quingenti. Cumque iam aurora esset, venerabilis episcopus ait: « Fratres et filii mei, tempus est ut revertar ad hospitium meum. Sed valde vos ammoneo ut agatis quod Dominus dixit in evangelio: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. » Beata virgo <sup>54</sup> respondit: « Vade in pace, et cito revertere ad gregem, et <sup>55</sup> si nos revocati ad caulas <sup>56</sup>, vide ne lupus absorbeat aliquam ovem <sup>57</sup>. »

4. Deinde osculatis <sup>1</sup> cunctis, qui ibi aderant, christianis, abiit. Beatissima <sup>2</sup> Nimpha usque mane populum Dei <sup>3</sup> ammonuit <sup>4</sup>, et cum eis Dominum deprecata est <sup>5</sup>. Interea Aurelianus cum multitudine paganorum mane assistens in palatio, inter omnes vocavit armigerum suum dixitque ei: « Vade pacifice usque ad filiam meam, quia amore languo <sup>6</sup>. Indica ei ut veniat ad me <sup>7</sup>. » Cumque pervenisset nuntius ad beatam Nimpham ait: « O domina, pater tuus misit me ad te ut ad eum venias; desiderat enim te conspicere. » At ipsa plena Spiritu Sancto dixit <sup>8</sup>: « Caro et sanguis non me diligere videtur, quia habeo meliorem <sup>9</sup> patrem <sup>10</sup> dominum Iesum Christum, quem beatissimus Mamilianus episcopus <sup>11</sup> praedicat. » Armiger dixit: « Et hii omnes christiani sunt? » Sancta Nimpha respondit <sup>12</sup>: « Si crederis in Christum filium Dei qui crucifixus est a Iudaeis, poteris eius esse miles. » Armiger dixit: « Indicate mihi per quem possum illum agnoscere. » Sancta Nimpha respondit: « Per aquam regenerationis. » Armiger dixit: « Ostendite <sup>13</sup> purificatorem vestrum ut et me purificet. » Sancta Nimpha respondens <sup>14</sup> indicavit ei ubi sanctus Mamilianus latitabat. Illico <sup>15</sup> perrexit illuc <sup>16</sup>, vidensque eum cecidit ad pedes eius, et indicavit <sup>17</sup> ei de nomine sanctae virginis Nimphae <sup>18</sup>. Ad haec responsum dedit episcopus: « Benedictum sit nomen tuum, domine Iesu Christe, qui de novello arbusto <sup>19</sup> novum fructum recipere dignatus es. » Et statim baptizavit eum, edocens eum omnem fidei regulam <sup>20</sup>. Dum autem longum spectaculum faceret, Aurelianus expectans armigerum suum, ait ad milites: « Eamus ad filiam meam, ut pro certo videamus quare non dimisit nuntium meum regredi. » Qui dum abirent ubi erat beata Nimpha praedicans populo <sup>21</sup>, territus Aurelianus <sup>22</sup> stridebat dentibus dicens: « Quae <sup>23</sup> est insania haec, dulcissima filia, quod <sup>24</sup> omnes prophani facti estis? » Sancta Nimpha respondit: « Non prophani, sed per-

fecti sumus christiani. » Aurelianus dixit: « Et quid est Christus? » Sancta Nimpha respondit: « Filius Dei vivi, qui per angelum nuntiatus <sup>25</sup> est ad virginem Mariam <sup>26</sup>, et de caelis <sup>27</sup> dignatus est descendere ad redimendum humanum genus. » Aurelianus dixit: « Unde tanta <sup>28</sup> fallacia oritur? » Sancta Nimpha respondit: « Non est fallacia sed veritas. » Aurelianus dixit: « Quem laudas se non potuit redimere; et <sup>29</sup> quomodo redemptor est hominum? » Sancta Nimpha respondit: « Aureliane, si vis credere in illum, ego indicabo tibi quomodo redemptor est animarum hominum. » Aurelianus dixit <sup>30</sup>: « Miror de te, filia; usque modo fuisti minus eloquens, modo eloquentia <sup>31</sup> tua astuta videtur colligere <sup>32</sup> verba. » Sancta Nimpha respondit: « Seducere me vis a domino meo Iesu Christo et a Mamiliano magistro meo. » Aurelianus dixit: « Audite, milites et propinqui, quam <sup>33</sup> inremediabilis cruciatus? Quis unquam <sup>34</sup> audivit talia, ut tam pulchra virgo tantam dignitatem sponte vellet amittere <sup>35</sup>? » Sancta Nimpha respondit: « Non mihi videtur hoc esse <sup>36</sup> dignitas; aurum et argentum tuum, quae tecum habes, in gehenna te <sup>37</sup> debent punire <sup>38</sup>. » Aurelianus dixit: « Deficite <sup>39</sup> plorando oculi mei, ut non videam tantam pulchritudinem periclitantem <sup>40</sup>. » Sancta Nimpha respondit: « Periclitatio non est, sed vita aeterna, per quam <sup>41</sup> agnoscam <sup>42</sup> dominum Iesum Christum et magnificentiam eius. » Tunc iratus Aurelianus cum furore dixit ad milites suos: « Ite citius ad locum ubi maleficus Mamilianus habitat cum omnibus discipulis suis, et discalcietis pedibus et sine indumento in conspectu meo eum <sup>43</sup> adducite. » Dum autem <sup>44</sup> abissent milites, metuentes Aureliani praeceptum, venerunt usque ad locum, ubi erat Mamilianus episcopus, et irruerunt super sanctos, et verberare eos coeperunt, et discalcietos nudatosque <sup>45</sup> indumentis duxerunt ante praesentiam Aureliani paene ducentos homines. Et elevans <sup>46</sup> oculos suos Aurelianus vidit multitudinem christianorum, dixitque <sup>47</sup> ad milites suos: « Et hii omnes qui secum veniunt christiani sunt? » Milites dixerunt: « Utique et <sup>48</sup> isti et alii plures. » Aurelianus dixit: « Veniat <sup>49</sup> ante meam praesentiam magus Mamilianus. » Cum autem adductus fuisset, dixit ei episcopus Mamilianus: « Cur in conspectu tuo me venire iussisti? » Aurelianus dixit: « Quia hodie ira mea exardescit in te, et <sup>50</sup> omnes tuos discipulos <sup>51</sup> in tormentis <sup>52</sup> deficere faciam. » Mamilianus episcopus respondit: « Non de momentaneis tormentis metuemus, sed de aeternis incendiis et vestris doloribus conquassamur <sup>53</sup>. »

5. Aurelianus dixit: « Precor te, Mamiliane, ut

S. NYMPHAE  
PASSIO I

ut in  
Christum  
credat.

E

Mamilianus ad  
praefectum  
adducitur,

F

interrogatur,

<sup>50</sup> lavetur in ras. T. — <sup>51</sup> cumque ii V 1. — <sup>52</sup> audirent V 1. — <sup>53</sup> om. V 1. — <sup>54</sup> Nimpha V 1. — <sup>55</sup> om. V 1. — <sup>56</sup> caulam V 1. — <sup>57</sup> corr. T. prius oves; (al. ov.) unam T. — <sup>1</sup> osculatis T. — <sup>2</sup> beati V 1. — <sup>3</sup> om. V 1. — <sup>4</sup> admonens V 1. — <sup>5</sup> deum deprecans V 1. — <sup>6</sup> (q. a. l.) et V 1. — <sup>7</sup> quia amore languo add. V 1. — <sup>8</sup> (o - dixit) V 1 in marg., om. T. — <sup>9</sup> om. V 1. — <sup>10</sup> et sponsum add. V 1. — <sup>11</sup> om. V 1. — <sup>12</sup> etiam add. V 1. — <sup>13</sup> mihi V 1. — <sup>14</sup> om. V 1. — <sup>15</sup> illico T. — <sup>16</sup> om. V 1. — <sup>17</sup> indicavitque V 1. — <sup>18</sup> s. N. v. V 1. — <sup>19</sup> novella arbustula V 1. — <sup>20</sup> et add. V 1. — <sup>21</sup> populum T. — <sup>22</sup> est Aur. et V 1. — <sup>23</sup> quid V 1. — <sup>24</sup> ut video V 1. — <sup>25</sup> nuntiatum T.; annuntiatus V 1. — <sup>26</sup> ad Mariam virginem V 1; e virgine Maria

T. — <sup>27</sup> polo V 1. — <sup>28</sup> tam V 1. — <sup>29</sup> om. V 1. — <sup>30</sup> (S. N. respondit - dixit) V 1; sancta Nimpha respondit Aurelianus dixit T. scripsit sed del. — <sup>31</sup> ineloquentia V 1. — <sup>32</sup> amplecti V 1. — <sup>33</sup> incomparabiles luctus V 1. — <sup>34</sup> unquam T.; nam V 1. — <sup>35</sup> (v. a.) amitteret V 1. — <sup>36</sup> (h. e.) om. V 1. — <sup>37</sup> gehennam V 1. — <sup>38</sup> puniri V 1. — <sup>39</sup> deficiant V 1. — <sup>40</sup> periclitari V 1. — <sup>41</sup> corr., prius vitam aeternam per quem T. — <sup>42</sup> pericula furibunda si vis vitare indico per quem agnoscas V 1. — <sup>43</sup> om. V 1. — <sup>44</sup> qui dum V 1. — <sup>45</sup> discalcietos nudatosque eorum corpora V 1. — <sup>46</sup> elevans autem V 1. — <sup>47</sup> et dixit V 1. — <sup>48</sup> venia////t T. — <sup>49</sup> in add. V 1. — <sup>50</sup> et add. V 1. — <sup>51</sup> vos add. V 1. — <sup>52</sup> (de mom. - conj.) momentanicus

S. Nymphae Passio I

sicut filia mea per te seducta est, ita per te ad pristinum sensum revertatur, et similem mei<sup>1</sup> potestatem habebis. » Mamilianus episcopus<sup>2</sup> respondit : « Potestas tua nihil est, quia hodie est et cras deficiet. Tu mihi promittis quod in potestate<sup>3</sup> non habes<sup>4</sup>. » Beatissima Nympha dixit<sup>5</sup> : « Domine et magister Mamiliane, respice super gregem quem congregasti ad Christum, et noli nefanda verba Aureliani auscultare<sup>6</sup>. » Haec audiens praefectus Aurelianus cum furore dixit ad milites suos<sup>7</sup> : « Levate Mamilianum in eculeo, et omnes discipulos suos cum tormentis mactate. »

in eculeo suspenditur ;

Qui dum beatissimo Mamiliano verbera inferent<sup>8</sup>, ait : « Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, quia epulas, quas semper<sup>9</sup> desideravi, modo suscipio. » Et conversus ad beatissimam Nympham dixit : « O venerabilis virgo, discant per te virgines integritatem suam custodire. » Cumque haec audirent christiani, viri ac mulieres omnes dixerunt : « Noli nos deserere, pater sancte, sed tecum momentaneis tormentis pariter facias esse participes, et ad regnum Dei pervenire. » Aurelianus haec audiens magis ac magis in ira exarsit, et iussit carnificibus, ut de christianis triginta et quattuor capita truncarentur. Quod cum fuisset impletum, cuncti alii qui in Christo erant corroborati, ita ut alii desiderabant puniri. Cum Aurelianus vidisset eos cum filia sua sic in Dei amore fixos, iussit beatissimum Mamilianum cum beata Nympha in artam custodiam retrudi, et praecepit ministris carceris, ut usque in viginti dies neque cibis, neque potus ei daretur. Et ita fecerunt.

B

cum Nympha in custodiam retruditur ;

ab angelo nutriuntur.

Is. 14, 1.

Virgines ad Nympham introductae

Post multos dies cum iam fames esset, et inopia defecisset beata Nympha, ita cum lacrimis dixit : « Oro te, domine Pater, ut depreceris Dominum, ut mittat nobis auxilium suum. » Mox ut oravit episcopus, apparuit angelus Domini dicens : « Nolite tristari, ecce refectio vestra per me vobis missa est a domino Iesu Christo. » At beata virgo exultans aiebat : « Nulla dubitatio in me esse videtur, episcopo Dei, talis est Deus in sanctis suis, ut me cognoscere fecisti, qui in se sperantes non derelinquet. » Episcopus respondit : « Confortare, famula Dei, quia dies nostri non elongabuntur ; petamus auxilium ab hoc nuntio Dei, ut usque ad limina apostolorum Petri et Pauli ante nostrum discessum iam proferre possimus. » Hoc petentes et impetrantes, angelus Domini ab eis disparuit, et illi epulantes in Christo confortati sunt. Interea Aurelianus misit legatos per universam Siciliam, ut ubicumque nobiles essent virgines, ad se venire compellerent quae forsitan animum filiae suae ad suum animum revocarent. Dum autem venissent nobiles etiam et ignobiles ante praesentiam Aureliani, iussit eas auro et purpura indui et carcerem introire. Quae omnes in carcerem pariter introductae clara voce dixerunt : « O domina et regina Nympha,

cur deseris patrem, amicos, familias, parentes, D<sup>1</sup> propinquos, aurum et argentum, servos et ancillas? Rogamus te ut dimittas hanc amentiam et esto domina consentiens voluntati patris tui. Nam omnes qui sunt in palatio te quaerunt, te gemunt subito amentem effectam. » Sancta Nympha respondit : « Audite me virgines, et accipite sponsum immortalem, qui est caelestis, cui ego sum desponsata, cuius annulo subarrata sum, cuius caritate depicta sum, iam nec ille me, nec ego desero illum. Sed si volueritis illud agnoscere, annulum et coronam valde meliorem vobis facio tribuere. » Virgines dixerunt : « Et de isto auro quod portamus, quid faciemus? » Sancta Nympha respondit : « Pro nihilo haec compute, sed diligite aurum regni caelestis, quod nunquam deficit. » Virgines dixerunt : « Iube nos baptizari, ut agnoscamus sponsum nostrum dominum Iesum Christum. » Sanctus vero Mamilianus episcopus, accipiens catechizavit eas, atque in aqua regenerationis lavit, quas omnes in baptismo suscipiendo mater earum beata Nympha est. Statim fama ante praesentiam occurrit Aureliani, qui pro nimio dolore cadens in terram angustiatius est. Tunc levaverunt eum milites quasi semivivum, et in se reversus ante praesentiam Nymphae properari praecepit ministris : « Si consenserit dominis nostris, et posuerit libamina, dilecta sit a me, ut filia a patre. Sin autem, variis tormentis vitam ipsius deficere facite. » Cumque carnifices iussum Aureliani complissent, clara voce Mamilianus dicebat : « Neque tormenta vestra pertimescimus, neque minas vestras expavescimus, facite quicquid vobis fuerit ab iniusto iudice imperatum. » At ubi hoc a ministris nuntiatum fuisset, iussit Aurelianus, ut in nocte illa Nympham et Mamilianum in fervens oleum mitterent. Statimque ut viderunt ollam ferventem, cum lacrimis dixerunt : « Domine Iesu Christe, qui tres pueros tuos in Babylone de camino ignis liberasti, te invocamus ut nos illaesos et innocuos ab isto igne exire facias<sup>10</sup>. » Statim angelus Domini apparuit, qui extinxit ollam ferventem et oleum. Introducti autem in ollam, neque dolorem neque adustionem senserunt, sed refrigerium, cantantes Domino et dicentes : « Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium. » Haec videntes ministri nuntiare Aureliano quantocius<sup>11</sup> studuerunt. Tunc iratus Aurelianus iussit alios carnifices venire, et praecepit eis ut cum festinatione retruderent eos in carcerem et tam diu eos custodirent<sup>12</sup> quousque fame deficerent. Carnifices vero ut eis iussum fuerat implere satagunt. Beatissimus vero Mamilianus cum sanctissima Nympha cum essent in carcere, orabant ad Dominum, ut mitteret angelum suum praestare eis solatium, quomodo Romam petere potuissent<sup>13</sup>.

a S. Mamiliano baptizantur.

Nympha et Mamilianus

oleo ferventi non laeduntur.

Psalm. 65, 12.

nea tormenta metuimus sed aeterna incendia et vestros dolores conquassamus V 1.

5. —<sup>1</sup> (s. m.) simul mecum V 1. —<sup>2</sup> om. V 1. —<sup>3</sup> potestatem V 1. —<sup>4</sup> ad haec add. V 1. —<sup>5</sup> respondit V 1. —<sup>6</sup> auscultare V 1. —<sup>7</sup> militibus suis V 1. —<sup>8</sup> indicent V 1. —<sup>9</sup> om. V 1. —<sup>10</sup> ut cognoscant omnes quia tu es Deus solus et gloriosus super omnem terram et cum hoc dixisset add. V 1. —<sup>11</sup> quanto citius V 1. —<sup>12</sup> (alios-

custodirent) trahi eos de olla et praecepit eis cum festinatione retrudere eos in carcere V 1. —<sup>13</sup> (carnifices - potuissent) introducti sancti martyres in carcerem oraverunt ad dominum et dixerunt domine deus omnipotens pater domini nostri Iesu Christi mittere dignare sanctum angelum tuum praestare nobis solatium qualiter Rome penetrare possimus V 1.

*Ab angelo e carcere emissi* 6. Mox angelus Domini apparuit, qui aperuit eis<sup>1</sup> ianuam carceris et praecepit ut ad litus maris properarent. Eadem hora<sup>2</sup> sanctus Mamilianus una cum beatissima Nimpha, et vir<sup>3</sup> Goboldeus (1) nomine, pervenerunt ad mare. Invenientes autem<sup>4</sup> navem rogaverunt nautas, ut Romam eos perducerent. Quibus nauclerus<sup>5</sup> dixit: «Cum omni amore<sup>6</sup> pergite nobiscum, servi Dei.» Introeuntes autem in navem navigaverunt<sup>7</sup>, non ubi volebant, sed ubi sancti a Domino locum habebant praedestinatum. Post duodecim dies navigationis venerunt<sup>8</sup> usque ad montem Gilium (2).

*ad montem Gilium perveniunt.*

Exeuntes de nave rogare coeperunt sancti nautas<sup>9</sup> ut cum eis simul reficerentur. Ad quos nautae dixerunt: «Nos non habemus potum, quomodo edemus?» Sanctus episcopus dixit: «Habemus parum vini<sup>10</sup> pro causa sacrificandi<sup>11</sup>; bibamus illud.» Illi autem per<sup>12</sup> praeceptum beati Mamiliani coeperunt comedere. Tanta enim abundantia in vino fuit, quod inde<sup>13</sup> saturati sunt viri viginti et novem, tantumque ex eo remansit, ut nautae solatium inde<sup>14</sup> haberent usque ad<sup>15</sup> Romam<sup>15</sup>. Et exinde cum benedictione sanctorum navigaverunt. Beatus autem Mamilianus cum beatissima Nimpha et Goboldeo<sup>16</sup> in<sup>17</sup> Gilio monte remanserunt in solitudine<sup>18</sup>, ibique in oratione die noctuque<sup>19</sup> persistebant. Tunc autem<sup>20</sup> apparuit illis angelus Domini dicens: «Exaudivit Deus orationes vestras, et misit me ut annuntiem vobis, quia appropinquaverunt<sup>21</sup> dies vestri.» Dixitque ei episcopus: «Permittat nobis<sup>22</sup> Dominus prius ire ad limina apostolorum Petri et Pauli.» Et dixit<sup>23</sup> angelus: «Descendite<sup>24</sup> ad mare, et invenietis naviculam, quae vos perducet Romam.» Qui dum<sup>25</sup> pariter descenderunt ad mare, et viderunt naviculam stantem secus litus<sup>26</sup>, salutaverunt nautas dicientes: «In qua parte ituri estis, filioli?» Qui dixerunt: «Romanam civitatem adimus<sup>27</sup>.» Sanctus Mamilianus dixit<sup>28</sup>: «Gratia Dei et vestra volumus pergere vobiscum.» Nauclerus dixit: «Si volueritis nobiscum pergere, nummos<sup>29</sup> nobis tribuite.» Beatus Mamilianus dixit: «Nihil habemus, sed Dominus recompensat<sup>30</sup> vobis naulum vestrum<sup>31</sup>.» Ad haec verba nauclerus avertit faciem suam, et noluit sanctos levare<sup>32</sup> in navem.

*Roman*

7. Tunc reversi sunt flentes in cacumine mon-

tic dicentes: «Domine Iesu Christe, qui nobis annuntiare dignatus es, quia appropinquaverunt<sup>1</sup> dies nostri, mitte angelum tuum sanctum<sup>2</sup> ut quomodo eamus ad limina apostolorum nostrum<sup>3</sup> dirigat iter.» Navis quidem in pelago posita erat, et per<sup>4</sup> duodecim<sup>4</sup> dies et noctes tempestas validissima orta est, ita ut periclitaretur<sup>5</sup>. Tunc ad invicem dicunt: «Vae nobis, quia nolimus sanctos Dei mittere in navem<sup>6</sup>, ideo<sup>7</sup> a tempestate periclitamur.» Et sic cum magna festinatione regressi sunt in Gilium montem<sup>8</sup>. Tunc beatus Mamilianus properavit in navem<sup>9</sup>, et ait nauclero<sup>10</sup>: «Citius regressi estis de Roma, fratres.» Qui dixerunt: «Peccavimus in vobis, sed deprecamur vos ut dignemini proficisci nobiscum.» Quibus introductis in navem<sup>11</sup> facta est tranquillitas magna, et sic venerunt ad Portum Romanum ubi dicitur ad<sup>12</sup> Farum. Vespere autem facto, sic<sup>12</sup> permanserunt illa nocte<sup>13</sup> pariter. Angelus autem Domini in ipsa nocte apparuit sancto Mamiliano dicens: «Exite valde<sup>14</sup> diliculo<sup>15</sup> de navi, et pergite ad locum, qui situs est iuxta Bucinam (3), ubi multitudo paganorum habitat, et respicite in altitudinem pini, ibi subitus<sup>16</sup> invenietis criptam bene fundatam, ibique habitant sancti<sup>17</sup> Proculus et Eustotius (4).» Sanctus Mamilianus haec<sup>18</sup> audiens de<sup>19</sup> discipulis suis, gaudens et exultans in domino Iesu Christo, dicebat: «Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, qui non vis me separare a fratribus meis.»

8. Mane autem facto, osculatus est<sup>1</sup> omnes nautas<sup>2</sup>; et benedixit eos<sup>3</sup>, et sic iter ceperunt<sup>4</sup>. Qui dum coepissent<sup>5</sup> ambulare iuxta mare, respexerunt arborem, quam indicaverat<sup>6</sup> angelus, et coeperunt glorificare Dominum, et invenerunt<sup>7</sup> criptam, ubi sanctus Proculus et Eustotius latitabant<sup>8</sup> (5). Qui cum se vidissent<sup>9</sup>, osculati sunt in Domino, et sic in cripta iacuerunt in oratione ferme per<sup>10</sup> horae spatium<sup>11</sup> unius. Et<sup>12</sup> dum sanctus Mamilianus ab oratione surrexisset, dixit: «Benedictus Dominus qui nos coniungere dignatus est cum fratribus meis.» Sancti responderunt: «Amen.» At episcopus dixit: «Precor vos, ut usque dum regredimur a<sup>13</sup> Roma, munde de arbusculis locum istum.» At sederunt et refecerunt, et post refectionem beatus Mamilianus et Goboldeus cum Nimpha virgine coepto itinere Romam perveniunt<sup>14</sup>. Cum autem introi-

S. NYMPHAE PASSIO I

*navigant;*

*ad Portum Romanum appellant.*

E

F

*Leprosus-*

6. —<sup>1</sup> om. V 1. —<sup>2</sup> (e. h.) statim V 1. —<sup>3</sup> om. V 1. —<sup>4</sup> om. V 1. —<sup>5</sup> nauclerus V 1 *et deinceps*. —<sup>6</sup> honore V 1. —<sup>7</sup> navigare ceperunt V 1. —<sup>8</sup> destinatum duodecim dies navigaverunt veneruntque V 1. —<sup>9</sup> nautas T. —<sup>10</sup> parvulum poculum V 1. —<sup>11</sup> sacrificii V 1. —<sup>12</sup> (illi a. p.) qui ad V 1. —<sup>13</sup> (q. i.) unde V 1. —<sup>14</sup> om. V 1. —<sup>15</sup> qui pariter descenderunt *add.* V 1. —<sup>16</sup> Goboldeus V 1. —<sup>17</sup> om. V 1. —<sup>18</sup> solitudinem V 1. —<sup>19</sup> noctesque V 1. —<sup>20</sup> (t. a.) in qua V 1. —<sup>21</sup> appropinquati sunt V 1. —<sup>22</sup> nos V 1. —<sup>23</sup> eis *add.* V 1. —<sup>24</sup> descenditis T. —<sup>25</sup> om. V 1. —<sup>26</sup> et *add.* V 1. —<sup>27</sup> om. V 1. —<sup>28</sup> ait om. V 1. —<sup>29</sup> nummo V 1. —<sup>30</sup> recompensabit V 1. —<sup>31</sup> naula vestra V 1. —<sup>32</sup> levare sanctos V 1.

7. —<sup>1</sup> appropinquati sunt V 1. —<sup>2</sup> om. V 1.

(1) De S. Goboldeo (seu Quodvuldeo), *Act. SS.*, Sept. t. V, pp. 46, 48-49; LANZONI, t. c., p. 635. — (2) Igilius (Giglio) insula Tyrrheni Maris Etruriae oris vicina. — (3) Cf. Comm. praev. num. 34; LANZONI, t. c., p. 639. — (4) *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 46. — (5) Loca ab hagio-Novembris Tomus IV.

—<sup>3</sup> (et p.) om. V 1. —<sup>4</sup> duodecim T. —<sup>5</sup> periclitarentur V 1. —<sup>6</sup> navi V 1. —<sup>7</sup> que *add.* V 1. —<sup>8</sup> Gilio monte V 1. —<sup>9</sup> ad navem V 1. —<sup>10</sup> ad nauclerium V 1. —<sup>11</sup> qui introducti sunt in n. et V 1. —<sup>12</sup> om. V 1. —<sup>13</sup> nocte illa V 1. —<sup>14</sup> om. V 1, *bis scribit* T. —<sup>15</sup> valde *add.* V 1. —<sup>16</sup> subitus ibi V 1. —<sup>17</sup> sanctus T. —<sup>18</sup> om. V 1. —<sup>19</sup> om. T.

8. —<sup>1</sup> om. V 1. —<sup>2</sup> nautas T. —<sup>3</sup> (et b. e.) om. V 1. —<sup>4</sup> cepti sunt V 1. —<sup>5</sup> sancti *add.* V 1. —<sup>6</sup> eis *add.* V 1. —<sup>7</sup> inveneruntque V 1. —<sup>8</sup> latitabat V 1. —<sup>9</sup> viderunt V 1. —<sup>10</sup> (f. p.) fere V 1. —<sup>11</sup> spatio V 1. —<sup>12</sup> qui V 1. —<sup>13</sup> prius e T; ab urbe V 1. —<sup>14</sup> (beatus - p.) accepit secum beatus M. episcopus Goboldeum cum Nimpha et cepto itinere R; pervenerunt V 1.

grapho demonstrata perambulare et quae de specu et ecclesia Sanctae Nymphae vulgo ibidem ferebantur edoceri voluit, anno 1660, G. V. MARRASIA, *De due Santi Mamiliani* (Palermo, 1701), p. 121-26.

S. NYMPHAE PASSIO I a S. Nympha sanatur.

rent<sup>15</sup> in urbem, leprosus quidam iacebat in via ut peteret eleemosynas<sup>16</sup>. Beata vero<sup>17</sup> Nympha retrogradiens modicum panis<sup>18</sup> portabat in pera sua<sup>19</sup>, quem tulit<sup>20</sup> et dedit leproso. Qui dum comedisset, statim sanus factus<sup>21</sup> est; et recurrens nuntiare coepit omnibus vicinis suis, quomodo ei reddita sit sanitas. Tunc concursus<sup>22</sup> factus est populorum, et inquirere sanctos coeperunt et cum non invenissent, ad invicem dixerunt: « Custodiamus portam<sup>23</sup>, forsitan inde regrediuntur<sup>24</sup>. » Sancti vero<sup>25</sup> auxiliante Domino reversi sunt ad locum, ubi sanctos eorumque socios<sup>26</sup> reliquerant. Psallebant autem et dicebant: « Congregavit nos Christus ad glorificandum seipsum. Reple, Domine, animas nostras Sancto Spiritu<sup>27</sup>. » Erigens autem se beatus Mamilianus coepit exhortari eos dicens: « Audite fratres et filii, non dormiamus sicut gentes quae ignorat Dominum<sup>28</sup>, sed vigilemus in<sup>29</sup> sobrietate, ut simus filii Dei et filii lucis; sciatis autem, quia ego modicum vobiscum ero<sup>30</sup>. »

1 Thess. 4, 5.

Ioh. 7, 33.

S. Mamilianus,

9. Haec audientes<sup>1</sup> sancti, dixerunt: « Respice in nos, pater sancte, quoniam te fuimus secuti; noli nos deserere cito, ne erremus sicut oves non habentes pastorem. » Sanctus episcopus dixit: « Nolite tristari, sed gaudete quia habetis vigilatorem verum<sup>2</sup> dominum nostrum Iesum Christum. » At illi dixerunt: « Precamur te, sancte pater et episcope, ut patefacias nobis tuum obitum<sup>3</sup>. » At episcopus dixit sententiam evangelii dominici: « Adtendite qui dixit<sup>4</sup>:

Matth. 25, 13.

Psalm. 142, 2.

Vigilate<sup>5</sup>, quia nescitis diem neque horam. Nos ergo<sup>6</sup> in quantum possumus vigilemus, quia de hora vocationis<sup>7</sup> nostrae incerti sumus. » Nocte autem illa cum vigilasset, et sibi Daviticos psalmos cantarent separatim dicentes: « Ne intres in iudicium cum servis tuis, Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. » Mox autem ubi orabat<sup>8</sup> beatus Mamilianus, apparuit angelus Domini, ostenditque ei qua hora migrare deberet<sup>9</sup> ad Christum. Dixit itaque ad fratres suos<sup>10</sup>: « Dilectissimi amici<sup>11</sup>, surgite, quia appropinquabit regnum Dei. » Tunc autem<sup>12</sup> cito surrexerunt sancti et beatissima Nympha cum illis, commendantes se orationi<sup>13</sup> eius, et<sup>14</sup> ponentes genua in terram, longa proluxaque oratione studentes, et completa eorum oratione<sup>15</sup>, beatus Mamilianus migravit ad Dominum. Statim autem audientes laudes angelicas<sup>16</sup> cum eis usque mane<sup>17</sup> canticum novum cantantes et<sup>18</sup> intra auroram diei sepelierunt eum. Post discessum sanctissimi Mamiliani, sanctus Proculus et

SS. Proculus

Eustotius et Goboldeus infra<sup>19</sup> sex menses vitam finierunt in Christo, et sepulta sunt corpora eorum<sup>20</sup> a beatissima Nympha iuxta balneum quod situm est a Bucina<sup>21</sup> miliario uno. Igitur post excessum sanctorum vixit sancta Nympha menses undecim et dies quattuor; quae sedule serviebat Domino, et multitudo paganorum per eam<sup>22</sup> ad Dominum convertebatur. Factum est autem dum eius sanctissima<sup>23</sup> fama per totam regionem illam crevisset<sup>24</sup>, irruerunt<sup>25</sup> in eam pagani, ut eam iugularent, et criptam in qua manebat, subverterent. Eadem hora factus est terraemotus magnus, ita ut fundamenta terrae moverentur, et omnis illa regio dissiparetur et subverteretur<sup>26</sup>. Videntes autem pagani territi sunt, et<sup>27</sup> a minimo usque ad maximum<sup>28</sup> clamare coeperunt: « Verus est Deus christianorum. » Dicebantque ad beatissimam Nympham ut omnes in aqua baptismatis lavaret<sup>29</sup> et dimitterent simulacra, et dominum Iesum Christum adorarent. Qui omnes ibidem habitantes baptizati sunt<sup>30</sup>. Beatissima autem Nympha occubuit mense novembris die decimo<sup>31</sup> (1) et sepulta est in cripta iuxta corpora sanctorum martyrum praedictorum, in quo loco<sup>32</sup> beneficia eorum<sup>33</sup> praestantur usque in hodiernum diem. Igitur post transitum virginis christiani ibidem ecclesiam consecraverunt.

Eustotius et Goboldeus

Esth. 1, 5.

et S. Nympha migrant ad Dominum.

#### Miraculum eiusdem.

Eodem tempore quidam rusticus ibat in campum ut ferret panem messoribus; dum solis aestus ascenderet<sup>1</sup> et rusticus quaereret<sup>2</sup> arborum umbras, iactavit se in terram<sup>3</sup> et soporatus est somno. Statim coluber per eius os in suum corpus<sup>4</sup> intravit. Protinus surrexit homo et laborare coepit usque ad vesperum. Sero facto cum domum redisset comedit. Cumque in lecto requiesceret, voluitque<sup>5</sup> somno gravari, coepit serpens viscera eius fortiter laniare. Tunc expergefactus homo coepit dicere: « Aduvate me quia morior. » Suscitati itaque famuli domus omnes in tristitiam et maerorem conversi flere coeperunt. Haec autem audientes omnes populi<sup>6</sup> Portum Romanum habitantes ecurrerunt viri ac mulieres<sup>7</sup> et interrogare eos qui erant in domo coeperunt quid hoc esset quod in ea<sup>8</sup> acciderat; et nemo ex eis quicquam sciebat. Sed et ipse homo nesciebat dicere, et sic in hac tribulatione et dolore permansit homo<sup>9</sup> usque mane. Statim vero ut facto die adunati populi memorati sunt de mirabilibus

Dan. 14, 32.

Diabolus in forma colubri

<sup>15</sup> introierunt V 1. — <sup>16</sup> eleemosynam V 1; petere///t helemosynas T. — <sup>17</sup> quem videns beata V 1. — <sup>18</sup> panem V 1. — <sup>19</sup> quem in p. s. portabat V 1. — <sup>20</sup> (q. t. et) om. V 1. — <sup>21</sup> effectus V 1. — <sup>22</sup> (t. c.) c. autem V 1. — <sup>23</sup> portas V 1. — <sup>24</sup> regredientur V 1. — <sup>25</sup> (s. v.) om. V 1. — <sup>26</sup> ubi socios eorum V 1. — <sup>27</sup> sp. sancto V 1. — <sup>28</sup> deum V 1. — <sup>29</sup> cum V 1. — <sup>30</sup> sum V 1.

9. — <sup>1</sup> autem audiens V 1. — <sup>2</sup> om. V 1. — <sup>3</sup> sancte episcope ut pate nobis tuum obitum facias V 1. — <sup>4</sup> (q. d.) om. V 1. — <sup>5</sup> itaque add. V 1. — <sup>6</sup> autem V 1. — <sup>7</sup> vacationis T. — <sup>8</sup> cum autem oraret V 1. — <sup>9</sup> deberet migrari V 1. — <sup>10</sup> dixitque fratribus suis V 1. — <sup>11</sup> om. V 1. — <sup>12</sup> (approp. - autem) appropinquavit enim regnum Dei in quo V 1. — <sup>13</sup> oratione T; in orationibus V 1.

— <sup>14</sup> (or - et) orationibus suis V 1. — <sup>15</sup> oratione eorum V 1. — <sup>16</sup> statimque laudes angelicae V 1. — <sup>17</sup> domino add. V 1. — <sup>18</sup> om. V 1. — <sup>19</sup> post V 1. — <sup>20</sup> (c. e.) om. V 1. — <sup>21</sup> iuxta Bucinam V 1. — <sup>22</sup> (p. e.) om. V 1. — <sup>23</sup> om. V 1. — <sup>24</sup> crevisse///t T. — <sup>25</sup> irruentes V 1. — <sup>26</sup> subverteretur et diss. V 1. — <sup>27</sup> om. V 1. — <sup>28</sup> et add. V 1. — <sup>29</sup> lavarentur V 1. — <sup>30</sup> predicans eis et docens de regno Dei ei viam salutis add. V 1. — <sup>31</sup> mensis novembris die decima V 1. — <sup>32</sup> (q. l.) qua V 1. — <sup>33</sup> om. V 1.

Mirac. — <sup>1</sup> ascendit V 1. — <sup>2</sup> quaerere T. — <sup>3</sup> terra V 1. — <sup>4</sup> suo corpore V 1. — <sup>5</sup> (v. a.) et voluit V 1. — <sup>6</sup> (suscitati - populi) concurrunt autem omnes populi viri ac mulieres V 1. — <sup>7</sup> (c. v. ac m.) om. V 1. — <sup>8</sup> eo V 1. — <sup>9</sup> om. V 1.

(1) In Passione altera die 12 obiisse legitur. Cf. p. 383, cum annot. 4.

sanctorum

A sanctorum, venerunt cum eo ad locum ubi sancta Nympha cum sanctis martyribus iacebat. Factum est autem, ut iactatus est<sup>10</sup> ante sepulchra illorum, mox in figura colubri diabolus exivit de homine, ita ut omnes qui ibi aderant oculis viderent. Coeperunt itaque cuncti<sup>11</sup> glorificare Deum et merita sanctorum martyrum, simulque beatae Nymphae virginis, quia per intercessionem eorum de tam pestifera morte cum<sup>12</sup> liberavit. Post haec autem ipse homo permansit in ipso loco, dimit- tens mundum et pompas eius, servivitque Domino et sanctis eius qui ibidem requiescunt, usque dum vixit<sup>13</sup>, quoniam servitores loci illius ar-

tam vitam ducebant propter aquam dulcem quae ibi deficiebat. Unde<sup>14</sup> pariter<sup>15</sup> in orationem se<sup>16</sup> prostraverunt ut Dominus per orationes martyrum et preces fidelium aquam dulcem eis in illo<sup>17</sup> loco tribueret. Qui dum surrexissent ab oratione, venam aquarum in capite sepulchri virginis viderunt exire. Tunc omnes laudaverunt memoriam<sup>18</sup> et beneficia sanctorum martyrum simulque beatae Nymphae virginis, quae per eos Dominus facere dignatus est, ad laudem et gloriam nominis eius, cui est honor et gloria<sup>19</sup>, potestas et imperium<sup>20</sup> nunc et semper et per infinita saecula saeculorum. Amen.

S. NYM-  
PHAE  
PASSIO I

Fons  
erumpit.

<sup>10</sup> iactatum esset V 1. — <sup>11</sup> (c. i. c.) et ceperunt V 1. — <sup>12</sup> om. V 1. — <sup>13</sup> et add. V 1. — <sup>14</sup> om. V 1. — <sup>15</sup> se add. V 1. — <sup>16</sup> om. V 1. — <sup>17</sup> om. V 1.

— <sup>18</sup> victoriam V 1. — <sup>19</sup> et add. V 1. — <sup>20</sup> (et i:) om. V 1.

B

## X. S. NYMPHAE PASSIO ALTERA

E

E codicibus bibliothecae Vaticanae lat. 5695 (= R 1), et Capituli Sanctae Mariae Maioris B (= R 2). Cf. Comm. praev. num. 26, 31.

Vita<sup>1</sup> sanctae Nymphae, virginis et martyris<sup>2</sup>.

Nympha,  
praefecti  
Aureliani  
jilia,

1. In Sicilia insula, civitate Panormo, fuit quidam vir nobilis, Aurelianus nomine, prudens et eloquens, cui Romanae urbis principes praefectoriam concesserant dignitatem, hoc ei in mandatis iubentes, ut omnes sine audientia perimeret<sup>1</sup>, qui cervicem suam idolis flectere recusassent. Hic habebat unicum filiam, ornatam moribus, facie speciosam, nomine Nympham, quam volens ab infamia<sup>2</sup> custodiri, in secreto sui palatii cubiculo collocaverat, duabus ancillis ad eius obsequium delegatis. Erat autem in eadem civitate episcopus, vocabulo Mamilianus (1), sapientia plenus, vultu modestus, moribus decoratus, qui cum ob persecutionis saevitiam praedicare publice non auderet, secreto quos poterat ad fidem catholicam convertere. Factum est autem, die quodam, ut duo ex discipulis eius versus praefecti curiam pergerent, si forte aliquos suae fidei homines agonizantes cernerent, quorum corroborati exemplo discerent saeva poenarum genera non timere<sup>3</sup>, et dum palatio propinquassent intuens Nympha per cancellos triclinii vidit eos pariter venientes, et mirata compositionem gressus eorum, vocavit unam de ancillis suis, et ait<sup>4</sup> ei: « Qui putas<sup>5</sup> isti sunt, tanta gravitate compositi? » Quae respondit: « Puto, domina, quod christiani sint, illius<sup>6</sup> Dei famuli qui de caelo descendens per uterum Virginis in mundum venit, et multa fecit miracula<sup>7</sup>, tantaeque humilitatis dicitur extitisse, ut etiam discipulorum lavaret pedes et pro salute mundi crucis subiret patibulum, et tandem mortis victor ad caelum

S. Mami-  
liani dis-  
cipulos  
excipit;

creditur ascendisse. » Nympha dixit: « Et quare haec omnia sciens mihi ea non reserabas? » Illa respondit: « Quia cum stupenda sint<sup>8</sup>, non poteram de omnibus plenariam<sup>9</sup> reddere rationem. » Et Nympha dixit: « Quicquid tuae cognitioni<sup>10</sup> deest, per hos<sup>11</sup> scire poterimus; cum igitur sol occubuerit, admitte viros, ut tam praecleara mysteria indagemus. » Quod cum secreto illa fecisset, introducti sunt viri in cubiculum; ubi cum suis ancillis virgo gloriosa manebat, et postquam salutarerunt se mutuo, fecit eos Nympha coram se<sup>12</sup> residere, et alloquens eos, ait: « Obsecro, viri Dei famuli, ut omnem seriem fidei christianae mihi per ordinem enarretis, nam quasi furtive suscepit auris mea quae de eadem mihi suggesta sunt. » At illi agnoscentes desiderium eius coeperunt evangelicae doctrinae referre historiam et notas ei facere vias vitae. Tunc Nympha semen verbi divini, quasi bona terra suscipiens, armariolo sui pectoris omnia recondebat, et dum de iis mutuo loquerentur, suggestit virgo clam ancillae suae ut afferret aquam et pelvem ac linteamen, quatenus ad exemplum dominicum lavarentur pedes sanctorum. Quod ubi factum est, procidit virgo ad vestigia eorum, dicens: « Deprecor vos, famuli Christi, ut laventur pedes vestri per manus ancillae vestrae. » Qui responderunt cum lacrymis: « Aperiat Dominus oculos cordis tui, ut fructificet in te doctrina nostra. » Postquam ergo lavit pedes eorum, fecit parari mensam, ut eis ministraret carnalia, qui sibi spiritualia ministrassent, deinde ait eis<sup>13</sup>: « Explete in me, amici Dei, quicquid expedit ad salutem animae meae. » Qui responderunt: « Sine, indicemus haec magistro nostro Mamilia-

ab eisdem  
docetur

F  
Psalm.  
15, 11.

Lemma. — <sup>1</sup> eodem die vita R 1, 2. — <sup>2</sup> (v. et m.) om. R 2.

1. — <sup>1</sup> perimerent R 2. — <sup>2</sup> infamiam R 1; infantia R 2. — <sup>3</sup> timerent R 2. — <sup>4</sup> dixit R 2.

(1) Supra, p. 373, annot. 1.

— <sup>5</sup> puta R 2. — <sup>6</sup> scilicet add. R 2. — <sup>7</sup> miracula R 2. — <sup>8</sup> sunt R 2. — <sup>9</sup> om. R 2. — <sup>10</sup> cogitationi R 2. — <sup>11</sup> //os R 2. — <sup>12</sup> eo R 1. — <sup>13</sup> om. R 2.